



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Fosvverdense Monasterium, sesquimilliari à Docomio, Frisiae Occidentalis
opido, olim situm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

*Einsidlense monasterium vulgo Zum Eynsid-
lem in D. Canstantiensi.*

860.

Monasterium istud non procul à Tiguro
originem habuit anno Christi 860.
Sacellum ac cellulam sibi, ibidem ædificante
S. Megimado Bertholdi Comitis à Sulgovv
filio.

CAPVT XLVII.

FOSVVERDENSE

*Monasterium, sesquimillari à Doccomio, Frisia
Occidentalis opido, olim situm.*

A. 866.

*Fostā non-
nulli Fostā
Deam in-
terpretan-
tur.*

Anno octingentesimo sexagesimo sex-
to, Haio Dominus Amalandiæ, ob vo-
tum Deo factum, in Amalandia mona-
sterium fundauit, eo loco quo Fostæ templum
conspiciebatur. Ad quod anno insequenti
Odilbaldus XII. Episcopus Ultraiectensis,
petente Haione, pios aliquot monachos Be-
nedictinos transmisit. Stetit autem mona-
sterium dicto in loco ducentis quadraginta
tribus annis, indeque post in Frisiam, certas
ob causas, à quadam Comitissa est transla-
tum. *Andreas Cornelius in Frisia Chronicis.*

Porrò Comitissa ista, nomine Anna, Do-
mini Amalandiæ filia, & Adolphi Frenenburgij
vxor exstitit, quæ Fosvverdense monasteri-
um, ob iniurias piratarum, quibus erat obno-

xium,

xium, ex Amalandia in Frisiam, anno millesimo centesimo nono, Conrado Ultraiectino Episcopo consentiente, transposuit. Estque templum S. Ioanni Baptistæ ab Episcopo consecratum, & cœnobium istud à loco B. Ioannis baptismate celebri, Bethabora nominatum. *Ista nobis vir eruditus, ac religiosus, ex vetusto quodam Frisæ Chronico, transcripsit.*

Est autem Amalandia insula Frisæ Occidentali opposita.

HAECMVNDANVM,

Vulgò Egmondanum, monasterium, sesquimillari ab Alcmaria Hollandiæ opido olim situm.

Theodericus senior ex magno deuotionis adfectu construxit ligneum in Egmondacœnobium, in quo sanctimoniales locauit, quibus vitæ necessaria copiosè tradidit. Ex eo verò collegio quædam puella diuinitus inspirata Theodericum Comitem admonuit sarcophagum beati confessoris Adelberti quantocyùs aperire, & sanctas reliquias ad monasterium puellarum transferre. Et ecce quamprimùm clerus sepulcrum eiusdem amifici Patris aperuit, pallium sanctissimi corporis integrum ab omni labe incorruptum apparuit. Crux etiam aurea supra pectus eius ibidem inuenta est, quæ contra varias ægri- tudines medicina salutaris est. Fons insuper

liquo.

An. 1109.

Aliàs Bethania,

Theodericus J. Hollandiæ Comes.